
Nouerit omnium fidelium tam presentium quam et futurorum industria qualiter quidam nobilis homo Guntherius nomine tradidit decem mansos ex hereditario predio suo et de predio filiorum fratris sui Sizo nomen habentis in locis Salzaha Ottingsevoha cuidam Meinheri venerandi abbatis militi Lamprecht nomen habenti et una etiam Rodolfo predicti Guntherii vassallo eo tenore quod idem Lamprecht et Rodolf eosdem mansos in euuiseunge manus predictus abbas petat tradant. et siquis hanc tradicionem manu promptam frangat ipse Guntherius et heredes eius mansos recipiant in propria ut prius. Ipse etiam huius predii affirmatione pepigit se ipsum et filios eius filiosque fratris advocatione super hec loca habituros Ordorf. Wechmar. Collithi. Waltsazi. cum suis pertinentiis. Quod si hec advocatio his quibus nunc per beneficio data est ablata et aliis umquam tradita fuerit. heredes Guntherii mansos suprascriptos in usus suos recipiant. Quisquis autem hanc advocationem hoc pacto teneat. ut ipsius abbatis miles sit et quinque scutatos ad orientales partes in expeditionem mittat. et his etiam abbas uite usus necessaria prebeat. Huius tradicionis testes sunt hi. Engelpreht capellanus imperatoris. Odo comes. Willihelm marchio. Otto comes. Gebehart. Gerlach comes. Reginhard pincerna imperatoris. Odalrich. Bertholt. Wego. Hugolt. Hart. Erchenbold. Suidiger. Altwin prepositus. Albwin. Altbalt. Meinecho. Liemar. Azilin. Dingolf. Ramunt. Folcham. Dietolf. Bennecho. Reginhard. Siger. Heriprath. Hec autem acta sunt in castello. quod vocatur Wihi. in kalendis augusti et ad uincula sancti Petri. regnante venerabili imperatore HEINRICHO. et beatissimo Bardoni episcopo procurante Magontiam et reverentissimo abbate Meinhero regente Herspheldensis ecclesie abbatiam.

Arndt-Tangl Schrifttafeln 3

Urkunde des Gunther(s) Hersfeld

Wenck, UB. Hersfeld

Altbolt

H. K.

Hersfeld

Marb. StA

Schrift: Empfänger

Die Schenkung war vor 1006 erfolgt; damals wurde Gunther Mönch in Hersfeld; er zog sich später als Eremit zurück in den bayerischen Wald, starb 1045 als hochberühmter Einsiedler. Erst nach seinem Tode, wahrscheinlich 1050 August 1, erfolgte seitens des Empfängers die Niederschrift dieser Urk.